Ideo non potest ex medio et motivo non repraesentante obiectum adaequate, obiectum adaequate cognoscere.

78 Negat: Ex dictis sequitur cognitionem qua Deus se cognoscit ex Creaturis non esse comprehensivam, imo neque quidditativam ipsius Dei; sed omnis cognitio quam Deus habet de se ipso debet esse comprehensiva, et quidditativa: ergo implicat quod Deus se cognoscat ex Creaturis. Resp. neg. min. Cum [illegible] quod aliqua facultas cognoscens [illegible] ipso Deo non sit quoad nos comprehensiva, quae ex medio repraesentante Deum comprehensive, neque quidditative, qualis est Creatura, quae utpote limitata, et finita [illegible] non potest eo modo Deum repraesentare. Unde Deus solum se cognoscit comprehensive, et quidditative per suam cognitionem physice, et inadaequate sumptam.

79 Obj. 2o Deus non potest uti signo formali creato: ergo neque signo instrumentali creato. Nego cons. et disparitas est, quia [illegible] Divina cum sit completissima non potest compleri per aliquod creatum, imo neque per aliquod increatum ut diximus [illegible] at non ita [illegible] ex dictis multis [illegible] in eo quod [illegible] aliquo obiecto cognito tamquam medio et motivo ad cognoscendum aliquod aliud connexum cum ipso medio et sic ipse cognoscit Creaturas.

80 Obj. 3o Deus est obiectum primarium suae cognitionis: ergo implicat quod Creaturae cognoscantur prius ipso Deo et consequens quod Deus se cognoscat ex Creaturis. Resp. disting. ant. 1o Deus est obiectum primarium suae cognitionis attingentis ipsum Deum immediate et [illegible] mediate ex se ipso, Concedo; est obiectum primarium suae cognitionis attingentis immediate Creaturas, et ex ipsis Creaturis ipsum Deum Nego ant. Resp. 2o Deum dici obiectum [illegible] i.e. Nobilissimum suae cognitionis in quo sensu non est necessarium quod obiectum [illegible] cognoscatur prius, et hanc solutionem [illegible] ad [illegible]

Negando Consequentiam.

81 Opp. 4.° Deus non cognoscit se in creaturis: ergo neque se cognoscit ex creaturis. De argumento tangit discrimen quod habetur in libris de Anima, hic non est examinandum, quoniam illius resolutio non parum conducit ad traditam doctrinam. Ergo negando antecedens. P. Arrug. S.° citatis Disp. 27 a n.° 20 et Disp. 28 a n.° 29 ubi explicatur.

82 Dico 1.° Deus cognoscit se in creaturis tamquam in effectis ipsius Dei. Suadetur quia Deus ut sic potest producere rationem ut Deus et effectus pendet a Deo. Ergo quando Deus cognoscit se ut productivum rerum, cognoscit rationem in sua causa tamquam in causa ipsius rei ut potentia: quia ergo eo quod cognoscit directe rationem pendere effectus ab ipso Deo, cognoscit in obliquo se ipsum ut terminum illius dependentiae. Ergo si cognoscit comprehensive dependentiam necesse est cognoscere illius terminum.

83 Opp. Contra doctrinam sic debere illegi quod effectus cognoscit in se ipso immediate, non vero quod cognoscit ex causa. Atque Deus cognoscit creaturas in se ipso, et ex se ipso tamquam in causa, dein causa: ergo non cognoscit se in creaturis tamquam in effectu. Sub Maj. quia si ex effectu redditur ad cognitionem causae, et a cognitione causae redditur ad effectum et sic in infinitum. Ergo neg. Maj. ad cuius probationem licet nullum esse inconveniens in eo quod Deus bis se cognoscat directe et reflexe; neque inde sequitur dari processum in infinitum, cum illa cognitio Dei tam se in creaturis et creaturas in Deo sit permanens eademque semper perseverans. Adde argumentum nihil concludere contra traditam doctrinam, cum certum sit Deum cognoscere creaturas in se ipso, scilicet ac primo sine interveniente alio medio: ergo argumentum si quid illud est, cognoscit se Deus in aliis.

Dico 2.°

84. Dico 2º Deus cognoscit se in creaturis ut in ef-
fectib. ab ipso Deo essentialiter dependentib. et etiam in
illis ut ipsum Deum essentialiter respicientib. Est evidens resolutio,
quia implicat quod Deus cognoscat comprehensive v.g. creaturam actionem
actiuitatis, quin ipso debet cum sit omni ad cognitionem quod illum cogno-
scit et ipsum cognoscit ut obiectum correlativum: ergo cognoscit se in illis
actib. creaturis.
85. Et confirmatur, quia ut est correlativum non solum cognoscit quod
Deus cognoscat suam volitionem efficacem de creando
Mundo, quin in illa cognoscat Mundum, qui est obiectum talis volitionis:
ergo etiam cognoscit quod Deus cognoscat Amorem efficacem quo illum amat,
aut cognitionem qua illum cognoscit, quin in illis cognoscat se ipsum,
qui est obiectum talium actuum.
86. Arguitur: si Deus cognosceret se quatenus aliquid aliud in
Creaturis, sequeretur posse dari in Deo cognitionem probabilem,
ac proinde fallibilem et aliquando falsam, quod sine absurdo admitti non
potest. Resp. sequelam, quia si Deus mediante iudicio cognoscit probabilem
existentiam creaturarum, cognoscit in illo medio seu iudicio probabili talem
existentiam et affirmabit ipso medio illam dari, atque tale
iudicium Dei esset fallibile et probabile, nam cum fundetur
in medio fallibili posset talis existentia non dari: quod negatur.
Nego sequelam, quia tunc Deus non iudicaret creaturam existentem
in re, nam solum diceret ex illo medio probabile esse
creaturam existentem, seu mediante iudicio certo probabilem convenientiam
existentiae creaturae, quod quidem certum est, et iudicium hoc affirmans est in-
fallibile et certum.
87. Instabis: si illa cognitio quatenus tendit ad medium
probabile et ad convenientiam talis medii cum
probabili

Cum suo obiecto sit infallibilis, tamen ut cognoscit tantum ad obiectum in medio probabili non potest esse infallibilis, quia tale obiectum non est cognoscibile in tali medio, ut infallibile: ergo Deus in tali medio debet cognoscere fallibiliter obiectum. Et confirmatur 1°. quia si Deus cognosceret illud obiectum non in illo medio probabili, talis cognitio deberet esse fallibilis: ergo modo cognitio Divina de illo obiecto quatenus in tali medio est fallibilis. Confirmatur 2°. quia cognitio Divina de Trinitate in meo iudicio obscuro est obscura: ergo etiam cognitio Divina in meo iudicio probabili et fallibili erit probabilis et fallibilis. Confirmatur 3°. quia illa cognitio Divina in medio fallibili quatenus sumpta non potest reddere actum Divinum certum de obiecto quod respicit in medio fallibili, ut patet; sed cognitio, quae non reddit actum infallibiliter certum de obiecto, est fallibilis: ergo etc.

88 Respondeo negando consequentiam, quia aliud est cognitionem Divinam non posse attingere in iudicio probabili creato existentiam rei ut infallibilem, quod quidem concedimus, et aliud est cognitionem Divinam posse attingere existentiam rei ut in iudicio probabili creato, ut eius obiectum, cum ipso probabilis tamen, et fallibilis consequenter non esse scientificam et infallibilem, quod negamus. Itaque cognitio Divina quatenus sumpta potest attingit existentiam rei ut in meo iudicio probabili non affirmat, neque affirmare potest, quod detur talis existentia. Deus enim est fallibilis ex vi illius medii; cognitio autem fallibilis repugnat Deo propter admixtam imperfectionem; quamvis licet, unde debet affirmat talem existentiam reperiri in illo medio esse quatenus ibi est probabilis et fallibilis, cognoscat tamen id, quod infallibile est et scientificum, ut diximus. Unde

89 Ad 1am confirmationem respondeo negando antecedens nam si Deus solum cognosceret obiectum in medio probabili adhuc tamen

cognitio

Cognitio Divina esset infallibilis, quia reducitur per illam certificantem Luminis Divini, et infallibiliter cognoscit existentiam probabilem Propositionem v.g. Ad 2^am concessionem dicendo, cum cognitionem Divinam de Trinitate in medio obscuro esse clarissimam, et non obscuram. et huius ratio est, quia licet judicium creatum confuse et obscure repraesentet Trinitatem, tamen cognitio Divina clarissime repraesentat ipsum judicium, et Trinitatem in ipso confuse et obscure repraesentatam, quod indicare videtur sentire P. Arriaga citatus n° 35. Nam licet neque in judicio confuso et obscuro, neque ex vi illius possit Trinitas cognosci clare, et distincte ut obiectum directum, potest tamen cognosci clare, et distincte ut obiectum confusum; sicut neque in medio probabili, neque ex vi illius praecise potest attingi obiectum scientifice, ut verum, potest tamen scientifice attingi ut probabile.

90 Quod exemplari etiam potest optimo exemplo: nam si supponas Mathematicus audiat Rusticum confuse disserentem de Planetis in illius verbis, et potest clare et distincte percipere Planetas ut obiectum directum, exprimendo scilicet eorum naturam, illos tamen percipiet clare et distincte ut obiectum confusum, quatenus clare et distincte cognoscit confusionem Rustici, nempe modum quo ipse Planetas repraesentat. Ubi adverte esse discrimen inter cognoscere obscure rem, et cognoscere rem obscuram. Primum meretur censeri imperfectio, quia aliquid imperfectionem Luminis intellectualis. 2^m est perfectio, et claritas illius, et ideo admittitur in Deo. Sed de hoc plenius in L. Notitiis.

91 Ad 3^am concessionem nego Majorem: nam cognitio Divina de obiecto existenti in medio probabili reddit illud Divinum certum, et quidem licet eius existentia absolute sit probabilis; neque enim ille Divinus cognoscit rem in tali medio absolute existere, sed solum quod probabiliter. Quaeres tamen

Deum

Utrum Divinus Intellectus utatur Signo Instrumentali ex Instituto?

92 Signa ex Instituto et talia sunt ex beneplacito Divino, ut Iris signum diluvii non futuri, et ex arbitrio humano; eis omnibus non ex indigentia, sed ex fecunditate uti potest Divinus Intellectus, ut tenet P. Suar. Lus. Tract. 6.o N.o 94. Probatur quia Deus cognoscit res omnibus modis, quibus sine imperfectione possunt esse cognoscibiles, sed ita sunt cognoscibiles per virtutem impositionis signi ex Instituto: ergo &c. Roboratur quia Deus comprehendit perfecte vocem significantem: ergo comprehendit eius impositionem et connexionem cum significato: ergo ex vi talis impositionis venit in cognitionem significati tamquam ex signo. Et adhuc confirmatur, quia in nostris principiis omne signum ex Instituto est naturale, sed Deus utitur signo naturali, ut diximus: ergo et signo ex Instituto.

93 Contrarium opinantur P. Vasq., P. Hurtad. de Bellis Disp. 9a Sect. 4a N.o 58 et 99. Oppones 1.o cognitio Divina est independens a quocumque alio, sed cognitio signi ex Instituto est dependens a voluntate imponentis ipsum signum: ergo non datur cognitio Divina per signum ex Instituto. Respondeo distinguendo Maiorem: cognitio Divina est independens a quocumque alio tamquam a causa influente in ipsam cognitionem, concedo; tamquam a ponente obiectum (quo pacto debet cognitio signi ex Instituto dependere a voluntate imponentis), nego Maiorem; alioquin Deus non posset cognoscere nostros actus liberos, quia non possunt cognosci a Deo nisi dependenter a nostra voluntate, a qua libere ponuntur.

94 Opp. 2.o Deus omnia cognovit in aeternitate, et ab aeterno: atqui cognitio per signum ex Instituto est solum in tempore: ergo Deus non cognoscit significatum ex vi signi ex Instituto.

[library stamp]

Arg. min. q. Lt signa ex Instituto solu in tempore habeant actualem existentiam, in ab aeterno Deus illa praevidit futura pro ipso tempore, quo existunt ex impositione a tali imponente, pro Sup. q. ut Deus ab aeterno pro illa cognoscat Sigeatum.

95 Obj. 3.° Usus signi ex Instituto arguit imperfectionem, quia arguit limitem, et indigentiam in potentia: quod non est admittendus in Deo. Prob. ant., quia ideo homines instituunt signa ex Instituto, ut manifestent res, quas aliter non possunt manifestare: quare Resp. negando ant., quia usus per se ad summum est usus ordinarie, et usus signi ex Instituto, et nullo modo Divino, qui datur non ob indigentiam, sed ob superemin. Divini Intellectus, qui cognoscit res omnibus modis quibus sunt cognoscibiles sine imperfectione, ut saepe dictum.

Sectio Secunda
Utrum, et quibus signis utantur Potentiae Creatae?

Pot. Crea. aut sunt materiales, ut sunt sensus tam externi, quam interni, aut sunt spirituales ut Intellectus humanus et angelicus, quare sit

96 Prima quaestio

206 [illegible]

207 [illegible]

[illegible]

208 [illegible]

[illegible]

[illegible]

... Secunda

... Signi ...

... Coeli ...

[illegible]

LIVRARIA DE ... UNIVERSIDADE

106 Ex qq colliges phantasiam a fortiori non uti signis ins-
trumentalibus ex instituto, quia impressio quam hæc signa instrumentalia
est spiritualis. Unde quando canis v.g. audit symphoniam ad vocem modu-
labilis musicæ currit, tamen latrat, et tam pedibus stat, id sane evenit
non quod canis utatur signis ex instituto, sed quia ad voces domini
excitantur in illius phantasia species talium operum, seu verberum
qq edoctus est ad illas exercendas.

107 Neque dicas bruta cognoscere impositionem in actu exercito, quia
sæpe evenit hominibus quod signate cognoscant impositionem
non ingenii hac dicas, quia ad usum signi ex instituto in actu exercito
requiritur quod saltem primo cognoscatur impositio signate. Numquam enim
Gallus v.g. cognoscet nostram hanc vocem Cælo signare cælum nisi
prius edoctus fuerit ad illud significandum depositam fuisse a Lusi-
tanis: ergo quod requiritur quod impositio signate aliquando cognoscatur a brutis,
et requiratur quod bruta in actu exercito utantur signis ex instituto.

Quid dicendum de intellectu huma-
no et Angelico.

108 Non est dubium intellectum humanum et Angelicum uti signis for-
malibus tam in actu primo quam in actu secundo, cognoscit enim in actu
primo mediis speciebus aut acquisitis aut ingenitis, et in actu secundo mediis
conceptibus. Certum etiam est intellectum creatum humanum scilicet et Angelicum
naturaliter operantem posse uti signis instrumentalibus, cum talia illius
ex parte spiritualis possint naturaliter attingere. Conclusio ...

[library stamp]

eandem signi ad signatum. Et confirmatur ab Actu Angelico, quo Angelus cognoscens Causam quidditative et comprehensive, comprehensione minus perfecta non potest non ex illa cognoscere effectus, quos talis causa potest producere, ac tamen non cognoscit naturam Causae quidditative et multo minus comprehensive. Vide Controversiam sequentem.

Utrum Actus Creati utantur Signis per Cognitiones Supernaturales.

209 Dico 1.o Actus Creati quibus fidem Divinam utuntur Signis formalibus tam in actu 1.o quam in actu 2.o est Communis resolutio. Probatur quoad 1.am partem quia Mysteria fidei prius apprehenduntur quam judicentur per actum fidei, sed ad apprehensionem et judicium Concurrunt Species quae sunt Signa formalia in actu 1.o, ergo etc. 2.o Confirmatur quia actus fidei producit species sui memorativas, siquidem natura sua est Comprehensibilis; omnis autem cognitio (scilicet capta) comprehensibilis relinquit species sui memorativas. Illae species sunt Signa formalia in actu 1.o, possunt Concurrere cum Actu ad reproducendos actus fidei: ergo etc. 2.a pars ostenditur, quia actus fidei sunt cognitiones quibus obscure de objectis revelatis: ergo sunt Signa formalia in actu 2.o.

210 Si autem quaeras an species concurrentes ad actus fidei Divinae sint naturales, an supernaturales? quaestio est pro theologis et ideo hic non decidenda. esse naturales tenent aliqui sed quia adhuc possunt elevari ad actum supernaturalem a Deo ab habitu fidei. Hinc tamen improbabiliter ... 2.a 2.ae Controversia 1.a Tract. 13 Disp. 7.a No. 6 asserentis deberi esse supernaturales, ut possint producere actus entis supernaturalis. Sed in utraque sententia ab omnibus admittitur illarum concursus instrumentalis, quod sufficit ad hoc ut sint signa formalia in actu 1.o.

qd. sic intendimus.

221\. Dices: Nos credimus multa Mysteria de quibus

bemus species in[ex]pressas, ut Mysterium Sanctissimae Trini=
tatis, Incarnationis &c. quo ad eum fidei multae species de natura
sua supernaturales concurrunt. Distinguo an[tecedens]: Nos credimus multa Mys=
teria de quibus non habemus species impressas proprias concedo, de quibus non habemus species
impressas, et non quidditativas, nego an[tecedens]. Licet enim non habeamus species repraesentantes
Trinitatem Sanctissimam prout in se est, tamen habemus species repraesentantes eandem
Sanctissimam Trinitatem prout nobis in hac vita revelatur ...
Personae Sanctissimae ...

222\. Hinc in Mysterio fidei ut Sanctissimae Trini=
tatis et alia de quibus non habemus in hac vita species proprias,
et sic species impropriae, quae de illis habemus concipiuntur a nobis non ut
sunt quia in hac vita non possunt cognosci a nobis ut sunt, credi tamen
a nobis ut ipsa sunt, et non eo modo quo illa per species creatas et improprias
concipimus: sic quando concipimus Aeternum Patrem ad instar
Senis ad modum venerabilis et adoramus per hoc Deum, quem
per hac vita non possumus concipere, ut in se est.

223\. Ratio vero lumen est signum formalius anime de quo
Dicendum tenenda est ~~...~~ Beata: De Sacra Theologia /
quae est ... ex luce promissa de fide, et sub lumine fidei
alia scientifica aut ... mediante: Et est qualitas per
se infusa, quae est illa quae vires ... agere nequit, sed a Deo super
naturaliter operante infunditur. Dicitur quo ad visionem Beatam, quod hoc
vero est cognoscere quo est signum formale in ... Deum essentia Divina
concurrit ... cum illa Beati de signum formale in ...
... illius, ut diximus Disp. 3. quod aut eadem vero visio sit
... de Sacra Theologia, ... se infusa, et patet, quia

q in utraque scientia danti speciei impressae de casu. q in utraque generit. lac. signi formalis in actu 1.° et in actu 2.°

224 Ad solutionem diffusiones contra utrasque scientias, nimirum fidem Divinam, Patrem Filium, suam quae de castissima et verum Beatam Patri illius Crucis signi Instrumentalis. Sed ... quod ... concedunt ... in quibus ... tales ... sunt ... adsequant ... ex alio quod ... ad ... effectum signi Instrumentalis. Et ideo hic ... Permittimus. Et in suum locum ... sentiis examinandis.

Solent hic P.P. Ns. M. ampliare Disputationem de Loquutione Angelorum: Sed disputatio pertinet ad Materiam de Angelis, et omnino a Nostris Superioribus interdicitur agitari a Philosophis, qui hanc causam scire velit adeat P. Sont. Lus. Tract. 6.° Disp. 4.ª Sect. 5.ª

Finis Laus Deo, Virginique Matri.

Conimbricae

Anno Domini

1675.

Si quid forte Contra Fidem, Mores q. ue Modestos, Sie dictum, Indictum dicimus, Et Volumus.

UNIVERSIDADE DE LIVRARIA Y.

Finis Laus Deo, Virgini

que Mariae.

[illegible]mbriae

Anno Domini

1675.

Index.

Pro 3.° Priū cursu.

Subsect. 4.ª

Utrum Genus prædicari possit in quale de suis inferioribus? fol. 230.

Sectio 2.ª
De Specie

Subsect. 1.ª

Utrum omnis species subjicibilis sit etiā prædicabilis? fol. 231.

Subsect. 2ª

Utrum omnis species prædicabilis sit etiā subjicibilis? fol. 232.

Subsect. 3.ª

Utrum eadem species collocari possit sub diversis

Sub duobus generib. subalternis. fol. 233.

Et finem dedit ore loquendi.

Laus Deo, ac Sanctissimæ Deiparæ, Beatoque Antonio.

Anno à Nativitate Dñi

1676.

Thesaurum Amicum

Deceptum

M. Primaris liliandi Philosophiae

Magistri.

Hac juxta ac Collendissimo

[illegible] de [illegible]

[illegible]

[illegible] fol 233.

[illegible]

Laus Deo ac sanctissimae Virgini Mariae

Amen.

[illegible] Dni

1676